✠

DVas incontrouertibiles iuris conclusiones ex infra dicendis clarè ostendimus Nempe prima.

Quod attento, tàm communi iure, quàm municipali præfati Regni Neapolitani: Fiscus in casu nostro spoliatus litigare non debet, necnon quod vllo pacto potest prædictus D. Ector Carrafa pēdente declaratione faciēda à Sacra Regia Maiestate; vel absque quod ipsa præcedat in violenta, & iniuridica possessione Ducatus Andriæ, in qua reperitur manuteneri, cum de facto, & sibi ius dicendo illam præocupauit; mutando titulum possessionis; quod vllo pacto fieri licèt ad pulchrè tradita per Larream *in allegat. 9. num. 8. lib. 1.* omninò videndus.

Secunda, quod non solūm gratia præsumpta concessa à Domina Regina in anno 1666. nullum novum ius Baronibus, feudatarijsque prædicti Regni tribuit (& ita quam prius declarari debet ad euitandum euitanda, cū Tollerantia, Remissio, & Scientia in Principe ipsi præiudicat in declaratione, & interpretatione, citat Larrea *in alleg. 92. n. 15. lib. 2.*) sed quod gratia concessa à Domino Rege D. Philippo IIII. gloriosæ memoriæ, quæ est Pragm. 34. de feudis, non solum debet illicò declarari non comprehendere, præter amitinos, amitinas, consobrinos, cōsobrinas, patrueles, & patruelas, vllam aliā personam, cum hoc clarè ex illius sola lectura patet (sicuti demonstratum plenè alibi fuit) sed quod etiam respectu tantarum personarum, prout sunt prædictæ amitinæ, patrueles, &c. debet inualida declari, & tanquam talis vlla ratio de ea habenda erit, tali modo, sicuti facta non extitisset.

Quo ad primam. De iure communi prædicta cōclusio caret difficultate arg. *l. Senatus 15. §. Senatus, & l.*

A *Ti-*

Titius 21.*de iure Fisci*, *l. Paul. Callimachus*, § *fin. de legat.* 3. & per tradita à Luc. de Pen. *in l. facultas*, *col. pen. vers. Cõstitutis*, *C. de iure Fisci lib.* 10. Alfar. *de offic. Fisc. in Glos.* 16. *priuileg.* 32. per totũ qui inter aliã priuilegia Fiscalia dictum connumerat, & *in n.* 133. dicit, ibi: *Trigesimum secundum Fisci priuilegium est, vt eo agente possessio ei detur, & aufertur priuato*, & sic pluries decisum refert, & infinitos DD. congerit. Quod tanto fortius in regalibus militat, prout ex multis pro absoluto tradidit Solorçan. *de iur. Indiarum, lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 52. ibi: *Cuius Regis Priuilegium notissimum est, vt in his quæ sibi competunt. Et sunt de Regalibus, nunquã litigat sine possessione*, & tamen certè in fortioribus terminis in casu nostro contrarium practicaretur, si dictus D. Ector cum possessione Ducatus prædicti declaratione pendente extaret. Et quando Dominus Rex, & Fiscus habent intentionem fundatam in feudis, etiam cõtra Clericos, Foller. *in cap. Regale fastigiũ de offic. Præsid. seu iustitiarij, num.* 10. in quibus terminis vllus Doctor adest, qui ausus fuit contrarium affirmare, nã omnes vnico ore incontrouertibilem, tàm in consulendo, quàm in iudicando conclusionem prædictam esse dixerunt *Larrea* qui infinitos connumerat *in allegat.* 5. *lib.* 1. *n.* 19. & *alleg.* 109. *nu.* 29. *lib.* 2. Ioannes de Nigris *in cap. dudum* 225. *n.* 18. 19. 20. & 21.

De iure vero Municipali præfati Regni expressè colligitur, ex *cap. ex præsumptuosæ*, & ita semper practicatum, decisumque fuit in ferè nostris terminis, vel valdè fortioribus Teste Afflict. *decis.* 197. vbi Addition. & Rouito *decis.* 94. omninò videndi.

Quoad secundam. Prius verba petitionis dicti Regni, & prædictæ prætensæ gratiæ, hic denuo inserere, & transcribere non incongruè existimabimus, & postea illam incontrouertibilem esse ostendere. *Se propague, y estienda no solo à todas las personas cõtenidas*

en

en el tercero, y quarto grado por derecho ciuil. sino tambien en el septimo inclusiue.

S. M. attentis obsequijs, & meritis per ipsam fidelissimam Ciuitatem, & tam fideles subditos exhibitis, & præsertim in occasione tumultuum ijs concessit ampliationem, & extensionem vnius gradus successionis feudorum, ita vt sicut ipsi habebant per totum tertium gradum cum extensione vsque ad quartũ respectu bonorum descendentium ab acquirente feudum; teneant, & in posterum successionẽ etiam per totũ quartum gradum inclusiuè cum extẽsione ad quintum, cum qualitatibus, & forma, prout in præsentiarum fruuntur quarto gradu.

Ex quibus solis euidenter resultat prima pars dictæ secundæ conclusionis, & eo magis ab alijs à nobis dictis, & ponderatis in alijs libellis porrectis. Et præcisè quia plus concederetur per solam dictam gratiam, quã per omnes alias simul concessas per Dominos Reges, & hoc absque voluntate Dominæ Reginæ, quæ tantum fuit confirmare dictam gratiã concessam, & nihil aliud sicuti de iure certum est citat. Larrea *in allegat.* 73. & 74. *lib.* 2. per tot. Foller. *in cap. Regni, item statuimus de Sacrosanctis Ecclesijs, num.* 1. 2. 3. & *seqq.* omninò in proposito videndi.

Et secunda pars clarissimè liquet ex infra dicendis; nempè quod omnes gratiæ valde læsiuæ Regalis Patrimonij, & publicæ vtilitatis (sicuti est prædicta) sunt nullæ ad pulchrè dicta per citat. Larr. *in alleg.* 8. *num.* 34. & *seqq.* & *alleg.* 9. *num.* 26. & *seqq. lib.* 1. & per totas sine desidia legendus, qui in ferè nostris terminis loquitur. Cum non solum omnibus incolis præfati Regni conuenit Patrimoniũ Domini Regis esse opulentum, & eius Fiscum diuitem (ideò causa istius publicam continet, Al faro *de offic. Fiscal. glos.* 9. *n.* 12. quem sequitur, sæpè citatus Larrea *in allegat.* 107. *num.* 27. *in*

fin.

*fin.lib.2.*qui in *alleg.43.num.8.lib.1.* dicit quod ideò numquam Princeps illam præiudicare præsumitur.) Sed etiam quod declaratio dictæ gratiæ fiat in fauorem Regiæ Maiestatis, & Fisci, cum per eam resultat indicibile beneficium totius Regni prædicti, & Ciuium ipsius; & hoc vti vniuersi, non vti singuli, nã est proficuũ omnibus immediatè esse Realis Coronæ subditos (ideò semper demanium petitur, & pro ipso obtinẽdo acerrimi litigant, provt in dies plura exempla adsunt in hoc Supremo Senatu, & dispositum reperitur in iure, quod Princeps etiam ob publicam necessitatem perpetuo ciues alienare, vel concedere non potest. Teste Menchaca *in controuers. Illustr.64. lib.2. num.37.*) & contrarium declarare, solum Baronibus, feudatarijsque iuvat.

Et sic dicta gratia, priuilegium, seu concessio tanquam nociua, est rescindenda, irritanda, & reuocanda, *cap. suggestum,* vbi *Glos.* & DD. *de decimis*, *cap.5.* vbi etiam *Glos.* & Scribentes *de censibus*, *l. ius publicum,* & ibi omnes, *ff. de pactis, l.2. §. ius Reipublicæ, ff. de administr. rer. ad Ciuitat. pertine. l.2. C. de conuen. Fisci debitor. lib.10. Glos. in cap. rescripta 25. q.2.* & ideò quod consimiles Principum gratiæ ex sua natura reuocabiles sunt, dixit citat. Larrea *in allegat.68. num.21. & sequentib. lib.2.*

Quod est adeò verum quod etiam si talia priuilegia in præiudicium Patrimonij à Regibus concessa, iuramento firmata fuissent, adhuc possunt reuocari, ita ex multis firmat dictus Larrea *in allegat. 12. libr.1. à num.8. vsque ad 19* & per totam omninò videndus, tanto fortius in casu nostro vbi nullum iusiurandum interfuit; Et citatus Author in *allegat.77. num.22. & sequentib. lib.2.* dicit: Quod similes gratiæ concessæ, & impartitæ à Dominis Regibus, possunt à suis successoribus annullari, & reuocari; quia Princeps concedere,

&

& alienare nequit regalia non solum in enorme, sed nec etiam in mediocre damnum Regiæ Coronæ, & sui successoris, citat. Menchaca *quæst. Illustr. in cap. 5. nu. 23. lib. 1.*

Ac etiam quia Barones prædicti dicto priuilegio, seu gratia ad præsens abutuntur, cum priuilegium licitè reuocari potest, cum timetur (quod est plus) ne tendat in abusum *Clement. 2. §. 1. de pen.* & ibi *Card. in 15. not. de Nigris in addit. ad capit. exercere 221. nu. 23. de constitut. pænarum*, Foller. *in constitution. non sine grandi consilio, n. 22. de inst. & iur.*

Et prædicta tanto fortius locum habent, si attendimus, quod dicta gratia fuit ad importunitatem precum concessa, & impartita, & non aliter, sicuti clarè ostensum fuit in nostris allegationibus, & patet in principio ipsius gratiæ, quia in isto casu ex sola ista ratione redditur elusoria, & est nulla, inualida, & tanquam non cōcessa per mirabiliter tradita à Rebbuf. *in constitut. Regni Galliæ, art. 2. tract. vt benefic. ante. vaca. Glos. 15. & 16.* Foller. *in constitution. Magister Iustitiarius, de Magistro Iustitiario, num. 7.* & Felino *in cap. cum illa de constitut. col. 2.* cum multa conceduntur per importunitatem quæ alias non concederē-tur, *l. 1. C. de petit. bon. Subl. lib. 10.*

Ex quibus omnibus etiam apertè liquet, quod Ciuitas, & Regnum Neapolitanum, & qui illud hic legitimè repræsentant (si adsunt) debent totis viribus, & conatu procurare quod Regia Maiestas dignetur quam citius in beneficium Regij Fisci dictam gratiam declarare, quia continet publicam vtilitatem; at secus in fauorem feudatariorum, cum ista ad solam particularem ipsorum attinet, ex supradictis, nisi volumus concedere, quod sit publica vtilitas fauor Baronum, & non totius Regni, & omnium suorum Ciuium.

Et non solum ex omnibus iuribus supra traditis in-

controuertibilia redduntur prædicta de iure municipali Regni præfati, sed etiam ex *constitut. dignum fore in tit. de iure suo Curiæ obseruando*, & Melius *in cap. Roberti*, secundum ordinem *Nigri* 233. incipiens, *ex commissis nobis*, omninò vidēdus, & mirabiliter, absque vlla quæstione dispositum reperitur in *cap. Caroli Primi*, secundum ordinem prædictum 8. incipiēs *Prædecessorum Nostrorum*, sub rubric. *de occupantibus res demanij, num.* 1.2. *&* 3. & in *constitut. Imperat. Feder. Personas rebus*, sub titulo prædicto quorum aurea verba hic inserere, & inscribere congruum duximus, quia in specie loquuntur de iure Domini Regis spectante occupato, non solum de locis, Terris, & Baronijs.

DE OCCVPANTIBVS RES DEMAnij. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. VIII.

PRædecessorum nostrorum Regum Siciliæ sanctiones super infrascriptis capitulis aliquorum fidelium nostrorum præsumptuosa temeritas, quas quadam rubigine offuscatas prouida nouatione nouantes, statuimus, vt nullus comes, baro, miles, burgensis, vel quiuis alius cuiuscumque conditionis existat, ciuitates, castra, munitiones, casalia, villas, & denique quidquid in eis intus, vel foris esse demanium, vel demanio cōsueuit, redditus etiam, & seruitia nobis debita occupare, vel occupata tenere præsumat. Si quis autem diuinæ salutis immemor, & sacramenti contēptor, quo serenitati nostræ tanquam vassallus noster tenetur astrictus, à tēpore foelicis adventus nostri in Regnum, vel propria authoritate, vel occasione concessionis nostræ sibi factæ aliquid de prædictis quòd concessio nostra non continet, cum ad id, quod occupatum dicitur, se ipsa nostra concessio

non

non extendat,quod de multis intelleximus, quadruplũ fructuum,& obvẽtionum omnium reddituum, & vtilitatis cuiuslibet perceptarum ab ipſo , curiæ noſtræ cũ integritate perſolvat,& nihilominus rem ipſam occupatam ſine qualibet dilatione reſtituat,cum omnes ſcire debeant,quod ſuum non eſt,præſertim in talibus hoc ad generale dominium pertinere, prædicta ſine noſtra, vel officialium noſtrorum requiſitione reſtituant. Statuimus etiam,vt nullus militem , vel quemlibet alium feudatarium ad noſtrum demanium pertinentẽ,vel Baroniam aliquam , quæ demanij noſtri ſit , occupare,vel occupatam tenere præſumat,quod qui fecerit , & prædicta ſub diſsimulatione tranſierit,ac ſine dilatione curiæ noſtræ non denuntiauerit,& occupata non reſtituerit, publicatione bonorum ſuorum ſe nouerit incurſurum.

IMPER. FEDER.

PErſonas rebus alijs præferentes,quanto eas pretioſiores habemus,tanto ipſarum detentoribus , quæ ad demanium noſtrum immediatè ſpectare noſcũtur, pænam imponimus duriorem. In hoc enim non tã nobis proſpicimus,quã libertatis fauori fauemus, cum omnes merito liberi cenſeantur, quod nullo medio ad Imperialem celſitudinem,& Regiam pertinent poteſtatẽ. Hoc igitur prohibitionis noſtræ decreto omnibus Regni noſtri nobilibus expreſsim prohibemus , Vt nullus Comitum,vel Baronum ad noſtrum Demanium pertinentes , vel Baroniam aliquam,quæ noſtri Demanij ſit, vlterius detinere præſumat. Alioquin,ſi quis de cætero ſub diſsimulatione tranſiens hoc noſtræ Curiæ non exponat,publicatione bonorum omnium mulctandum eſſe cenſemus:detentorem verò ſcientem alio æquiualenti puniri cenſemus.

No-

Notādum est etiam, quod supradictum cap. ex præsumptuosæ habet locum ex consuetudine, semper non obstante qualibet temporis præfinitionē; vt patet ex exēplis adductis à d. Afflict. & eius Addit. in *d. decis.* 197 per ea quæ dixit citat Ioan. de Nigris *ad dict. cap. n.* 25. & hoc iure vtimur, sicuti practica, & experientia nos docet, cum interpetratio, & obseruantia subsecuta sic fuit, quæ est optima legum declaratrix, & est satis iuridicum brocardicum, quod tempus currit à die sciētiæ, & adversus illud Fiscus restituitur, tanto fortius in casu nostro vbi fuit lis cæpta in tempore habili; attamen per supradicta alia clara iura supra citata, quæ casum nostrum in specie determinant, ac etiam de iure communi (quod non solum non fuit abrogatum, sed confirmatum per cap. prædictum ad tradita per D. Nigrum ibidem in *nu.* 11.) incontrouertibilis redditur conclusio prædicta.